

40 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. Ostiae eodem fere loco ex quo prodiit n. 38. Extat in museo Ostiensi.

TAVRO Bolium factum matri deum magn. idaeae pro salute
 Imp. caesaris
 M · AVRELI antonini aug. et
 L · AVRELI commodi caes. et
 5 FAVSTINAE aug. matris castro
 RVM · LIBERORUMQUE eorum senatus xvuir. s. f. equestr.
 ORDIN · EXERCITIVM
 NAVIGANTIVM
 DECVRIONVM col. ost
 10 CANNOPHORI
 NAT
 IN

Descripserunt. Memorat C. L. Visconti ann. inst. arch. 1869 p. 210.

4 litterae VRELI erasae sunt, sed tamen leguntur. — 6 supplementa formavi ad instar inscriptionis n. 42; sed spatium vix videtur sufficere.

— 11 cogitavi de supplemento: [ex vaticis] nat[ione archigalli]; sed pars litterae quae extat post T huic supplemento non favet.

42 duo fragmenta eiusdem tabulae marmoreae. Ostiae fra le cose rinvenute in vicinanza della scuola dei dendrofori [cf. n. 53] VISCONTI de fragmento altero. Utrumque fragmentum est Ostiae in museo.

TAVRO Bolium factum matri deum
 MAGNAE IDAEAE pro salute et victoria
 IMP · CAES · C · VIBI treboniani galli pii
 FEL · AVG · E imp. caes. c. vibi afini galli
 5 VELDVM niani uol. VSTIANI Rii fel
 AVG · T · TITUS · SO · DOMVS DIVIN · EOR · et
 SENAT · VIR · S · F · EQVESTR · ORDIN
 EXERCITIVM · NAVIGANTIVM
 S

Descripserunt. Alterum fragmentum, id quod initia versuum continet, exhibet C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 399.

3—5 et 6 in. rasura temptati sunt, sed tamen leguntur. — 7 in. SENAT Visc. ms., SENAT · I idem ann. — 8 ex[ercituum Romanorum] olim proposuerat Mommsenus; sed vestigia litterarum in lapide relicta magis ducunt ad vocabulum desinens in ... valium.

40—43 sunt fragmenta ex actis tauroboliorum ab Ostiensibus pro salute imperatoris factorum residua. Coniunguntur cum domo imperatoria in formula sacrorum nominatim *senatus, quindecimviri sacris faciundis* (ideo quod sub horum cura erant sacra Matris Deum), *ordo equester, exercitus, navigantes*, fortasse etiam *decuriones* Ostienses. Conferri potest quod inter sacra Isidis in portu coloniae Corinthiensium Cencreis a collegio pastophorum quotannis fieri solita sacerdos aliquis fausta precabatur *principi magno, senatuique et equiti, toloque Romano populo, nauticis, navibus, quaeque sub imperio mundi nostratis reguntur* (Apulei met. 11, 17). Sacra faciunt cannophori, quorum mentio fit n. 40, 40; fortasse decurionum quoque mentio eo, non ad formulam voti, pertinet n. 40 v. 9. — Diversa ab his tauroboliis videntur fuisse taurobolia pro salute imperatoris in portu Ostiensi publice fieri solita memorata ab Ulpiano libro de excusationibus (nam inde proveniunt quae servaverunt fragmenta quae dicuntur Vaticana § 148) his verbis: *is qui in Portu* — cum *Portum* dicit Ulpianus, significare voluit Ostiensem — *pro salute imperatoris sacrum facit ex vaticinatione archigalli, a tutelis excusatur*. Nam haec sacra peragebantur in Portu, illa, ut docent inscriptiones supra relatae ipso loco quo repertae sunt, intra moenia coloniae (nisi forte alio loco sacra fiebant, alio acta sacrorum lapidibus incisa proponebantur); praeterea archigallus memoratus ab Ulpiano sine dubio est archigallus populi Romani (cf. vol. VI n. 2183), in tauroboliis autem Ostiensibus quin occupatus fuerit non populi Romani, sed coloniae Ostiensis archigallus non potest dubitari.

44 basis marmorea. Rep. in Portu, nunc Romae in museo Torloniae.

N V M I N I ·
 E V I D E N T I S S I M O ·
 M I N E R V A E · A V G ·
 S A C R V M ·
 5 C O N S E R V A T R I C I · E T ·
 A N T I S T I T I · S P L E N D I D I S
 S I M I · C O R P O R I S ·
 S T V P P A T O R V M · O R N A
 T A M · O M N I · C V L T V · D · D
 10 M A R C I I · I V L I I · C A R P V S · P A T R N
 C A R P V S I C O R P · A M A T · R V F I N I A N
 H O N · F I R M V S · H O N ·

1) Artificiosa magis quam vera videtur explicatio proposita a Lanciano l. c., scilicet fuisse eos una associazione di calafati, i quali con vecchi cordami e bitume attendevano a ristoppare le commessure delle carene sul cantiere.

41 in parte aversa eiusdem tabulae in qua est n. 40.

sic CRINOBOLIVM · FACTVM · matri
 DEVM · MAGN · IDEAE · PRO salute
 IMP · CAES · L A ·
 C ·
 5 TIVSQ · DOMVS

Descripserunt.

3 ex parte et 4 totus erasi sunt, ita ut praeter pauca vestigia litterarum non legantur. — 3 LA non nimis certum est. — 4 in. littera C certa videtur.

43 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae in museo.

TAVROBOLIVM · FACTVM ·
 MATR · DEVM · MAGN · IDAEAE · PRO
 SALVT · ET · REDIT · ET · VICTOR · IMP

Descripserunt.

Descripserunt Bormann, recognovi ipse. Lanciani bull. dell' Inst. 1870 p. 19.

Numini evidentissimo Minervae Aug(ustae) sacrum conservatrici et antistiti splendidissimi corporis stuppatorum ornatam omni cultu [intellege aediculam] d(ono) d(ederunt) Marcii Iulii Carpus patr(o)n(us), Carpus [f(ilius)] corp(oratus), Amat(i) Rufinian(us) hon(oratus), Firmus hon(oratus). Ad idem corpus stuppatorum fieri potest ut pertinuerit fragmentum albi collegii alicuius infra sub n. 257 edendum; quamquam res minime certa est. Certa stuppatorum mentio praeterea non reperitur nisi in titulo patroni tam eius corporis quam codiciorum edito inter urbanos vol. VI n. 1649 (sed fieri potest ut oriundus sit ex Ostia). Qui fuerint stuppatores, vocabulo ipso satis significatur¹⁾; et convenit Minerva ab eis ut conservatrix et antistes culta. — Observatione dignum est duos Iulios Carpos reperiri etiam in albo corporis fabrum navalium Portuensi infra n. 256.